Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31296
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



Quaerendum est tibi a curiosa et inutili
perscrutatione huius profundissimi sacra-
mentum. Si non vis in dubitationem profundum sub-
mergi. Qui scrutator est maiestatis op-
primetur a gloria. Plus valet deus operari quam
homo intelligere. Et tollerabilior pia et
humilis inquisitio veritatis. parata est docere
et per sanctorum patrum sententias studeas
ambulare. Beata simplicitas quae difficiles
questionum relinquit vias. et planas ac firmas
pergit semitas mandatorum dei.
Multi denorum per hoc deceptum dum altiora
scrutari voluerunt.
Fides a te exigitur et sincera vita non altitudo
intellectus neque profunditas mysteriorum dei.
Si non intelligis nec capis quae infra te
sunt quomodo comprehendes quae supra te sunt.
Subdere deo et humilia sensum tuum fidei
et dabitur tibi sapientia laetitiae prout tibi fuerit
utile et necessarium.
Quanta gravium tentantur de fide et sacra-
mentis non est hoc ipsis imputandum sed potius inimico.
Noli curare noli disputare cum cogitationi-
bus tuis. nec admittas ~~cogitationes~~ a
diabolo dubitationes. unde si credis verbis
dei credas sanctis eius et prophetis et fugiet
a te nequam inimicus.
Saepe multum prodest quod talia suscitet suus
dei ira infidelis et perversis non tentat dya-

Nicodem